

II m
879

SERPENTIS FRAVDATORIS VESTIGIA

I N
NVMISMATIBVS PROFANIS

REPERIRI NEGAT

E T
ORATIONEM
TRIUMPHATORI
DRACONIS ANTIQVI
SACRAM

OBSERVANTISSIME INDICIT

HENRICVS AVGVSTVS ZEIBICH
ILL. RVTHEN. PROFESS. PVBL



XXV. S.

BRIBERI
BIBLIOTACINARIA
ABSTIGIA
KANTHATIBAE PROBABILIS

ET CETERA

OBATIOMEN

1910 LIBRARY OF THE DRAGONIC MUSEUM

DRAGONIC MUSEUM

2012

HISTORICAL LIBRARY OF THE DRAGONIC MUSEUM

2012 HISTORICAL LIBRARY OF THE DRAGONIC MUSEUM

2012 HISTORICAL LIBRARY OF THE DRAGONIC MUSEUM

2012 HISTORICAL LIBRARY OF THE DRAGONIC MUSEUM

2012 HISTORICAL LIBRARY OF THE DRAGONIC MUSEUM

2012 HISTORICAL LIBRARY OF THE DRAGONIC MUSEUM

2012



Quantum exitium generi humano, ad felicitatem sempiternam condito,
* parens eius miserrima attulit, cum, hortatu serpentis antiqui, decerpto ex
arbore uetita fructu, communicatoque cum marito, et se, et coniugem, et omnes
posteros suos, dignitate imaginis diuinae beatissima priuaret, tantam uniuerso
orbi salutem reddidit Filius Dei, qui, ad expiandum hoc scelus, ex infelici arbore
suspenitus, diuina uirtute, draconis inferni caput contriuit, et, in uitam reuocatus,
ad societatem huius uictoriae, bonorumque omnium, perduelles homines inui-
tauit.

Cuius quidem noxae capitalis, impulsu serpentis nefarii commissaæ, cum
tion obscura uestigia, sed satis clara atque luculenta, sacris extent literis expressa,
nonnulli tamen, maiorem huic historiae lucem accendi, crediderunt, si ipsas
gentes, prauis opinionibus corruptas, memoriam huius rei prodiisse, imo etiam
monumentis quibusdam ad reliquas nationes propagasse, censerent. Neque uero
negandum est, numos complures, si leuiter, nec ea, qua decet, accuratione con-
siderentur, testes casus huius tristissimi non conteinendos uideri posse. Spe-
ctantur haec numismata apud Montefalconem (*a*), Spanhemium (*b*), Deylin-
giūm (*c*), Zornium (*d*), et alios, eademque licet, ut deinceps exponemus,
saepenumero inter se differant, in iis tamen plerumque conueniunt, quae admira-
rationem iampridem, imo superem prope, ingeniosissimis commouerunt.
Conspicitur nempe arbor excisa, ac patulis diffusis truncis, ab
imo usque ad ramos, horrendus serpens spiris suis circumligat, capite tamen
eminente, seque ad uirum proximum inclinante. dextra parte feminæ cer-
nuntur uestitæ, hanc intuentes arborem. sinistra stat Hercules, nudus plane, sed
exuicias leoninas, ut solet, gestans brachio, clauaque simul, telo isto mortifero,
munitus. Iam singas, praeter opinionem sub aspectum tuum cadere hunc nu-
mum, nonne tibi clarissimam prolapsionis parentum nostrorum imaginem cer-
nere

A 2

(a) *Montfaucon Antiquitat. Gr. et
Rom. in compend. redactæ a
Schatzio Tab. XXV. n. 4*

(b) *Spanhem. Obseru. in Callimach.*

p. 670. et de V. et P. N. T. I.
p. 331

(c) *Deyling. Obseru. S. T. I. p. 1*

(d) *Zorn. Bibliothec. Antiqu. p. 739*

nero uideberis, ita, ut nihil supra esse possit. Adeſt arbor, oculis grata, et ad uescendum commoda, nam plurimis in numismatis, quanquam non omnibus, fructibus nitet, prout illa, quae in medio erat paradiſo constituta. Serpens, circumplexus hunc truncum, quid tandem aliud, niſi draconem iſum designet, conſerente cum Ena fermones, eamque ad flagitiū detestabile permuouentem. Sexus uirilis ac muliebris personae praefloſunt, oculis in eadem arbore defixis, nūniſatores hominum esse dubitabis? Nullo igitur modo mirandum, ſi uiri, ingenii acie, antiquitatū peritia, ac multiplicis doctrinae fama, inſignes, eam ſunt in ſententiam ingressi, ut, repræſentari historiam fatalis iſiui calamitatis, in uniuersam hominum ſubolem redundantis, putarint. Singulari diſſertatiuncula declarauit hanc mentem ſuam Deylingius (e), iplumque nuuium, aere eleganter expreſſum, parti obſeruationum ſacrarum primæ praefixit. Duceſ uero habuit Auguſtinum (f), Gurtlerum (g), et Spanhemium maxime (h), cuius aucoſtitute, egregia proſecto, ſuam haud iniuria fullit opinionem et firmauit. *Quis non, inquit Ezechiel, continuo agnoscit in ueteri illa fabula adumbratum primæ parentis, pomum ex arbore, ſerpentis ſuafu, in paradiſo decerpentis, idemque Adamo tradentis, factum.* Quanquam autem tam aperte, quid ſentiat, hiſ uerbiſ indicat uir praefantillimus, tamen in opere regio, nouem poſt annis publicato (i), prorsus hanc, ut dicam leniſſime, coniectura facet, ſi uinque Herculem, haec poma Hesperidum ex horris rapientem, memorat, mutata fortaffe ſententia priſtina, uel potius abiecta. Grauiſſimum uero cum huic rei addidiffe pondus uideatur Theologus immortalis, cuius memoria mihi ſemper erit ſacrosancta, Loſcherus, eius uerba ex rariori omnino, qui Stromateus inſcribitur, libro (k) apponam. *Etiam deplorandi lapsus Adamitici ſigna in numiſmatibus extare mihi uidentur, cumprimis in numo nitidae elegantiae, ſub Geta cuſo, apud Triſtanum, qui arborem, quinque pomis ornatam, et prope eam ſerpentem, eo modo, quo in eccleſiaſticis piſturis inuenitur, exhibet, ante arborem nudus homo cum claua,*

(e) Deyling. l. c. p. 28. 29

(f) Di Agostini Dialoghi ſopra le Medaglie p. 166

(g) Gurtlerus Origin. Mund. p. 188

(h) Spanhem. ad Callimach. p. 67

(i) Spanhem. de V. et P. N. T. I. p. 331

(k) Loſcherus Stromat. p. 175

V

clava, quem Spanheimius aliquis pro Hercule, fructus ipsos pro malis Hesperidum, habent, cum tamen et malorum numerus, et uiri figura, et serpentis imago, repugnare videantur. Nam tria: solum mala ueteres prodiderunt, et Hercules semper leoninis exuviis tediis in numis habetur, et draco alatus, non anguis, Hesperidum custos dicitur. Tam praestantium uirorum ut transeainus ad partes, uix impetrare a nobis possumus, non, quod, nullam cognitionem lapsus huius priscis populis fuisse, arbitramur, sed, quod, monumentis uetusstis meinoriam eius extare, dubitamus, certe his, quos supra descripsimus, numis, partim firmamenti ac roboris inesse, putamus.

Compta quaedam gentes, superstitione imbutas, de labe primorum parentum habuisse, et illius, quae antecessit ipsam, uitae prosperrimae, et calamitatis insecurae, et ipsis criminis commissi, descriptio non obscure confirmat. Auream dixerunt aetatem, qua, sub Saturno, nullis pressi incommodis, nullo labore fatigati, nullis cum morbis conflectati, diuinam uitam egerunt (*l*) animi tranquillitate singulari, frugibus se sustentarunt et fructibus, deique amore et consuetudine sunt usi. Eleganteim felicitatis huius imaginem Naso (*m*), et Tibullus (*n*), expresserunt. Tunc omnia sponte tulit tellus, et Calano, sapiente Indo, auctore, trisco et hordeo regiones cunctae tanta, quanta nunc pulueris, copia abundantur. Alii fontes aquae, ali: lacus, ali: uini ac mellis, ubertatem effuderunt. Sed homines, ferocitate becchini, et afflitione, gaudis sibi spiritus, magnamque arrogiantiam, sumferunt, deumque ipsum contempserunt, ac pro nihilo putarunt. Iupiter igitur, hanc animi eorum commutacionem exosus, statum illorum beatissimum aboleuit, laboreisque iniunxit per omnem uitam tolerandum. Hactenus Calanus apud Strabonem (*o*), quae ex quo fonte manarent, nemo, Casaubono indice (*p*), legens sanctiores literas, dubitabit. Quid, quod ipse Plato (*q*), quoad natura divina sussecerit primis hominibus, omnibus eos, virtutibus eluxisse, omnia huonana despexisse, et cuncta sponte

A 3

(*l*) Hesiod. E. 112. seq.

(*m*) Ovid. Met. I. 89. seq.

(*n*) Tibull. I. 3

(*o*) Strabo XV. p. 492.

(*p*) Casaubon. ad Athen. p. 205.

(*q*) Plato ap. Pfanner. Systein. Theof. gentil. p. 205.

creuisse, quam primum autem sors haec secundissima, a Deo ipsis destinata, euanuit, humanos mores imperium obtinuisse, et in peiora quotidie ruisse. Num Pandoram adhuc coimmemorem, quae, omnium deorum fictitiorum donis, virtutibus nempe amplissimis, ornata, cum Epimetheo in manus daretur, tamen in exquirendis iis, quae ad se non pertinerent, nimis curiosa, omnium cohortem malorum in orbem immissit, spem solam seruavit. Hic sane, nec infitior, imaginem quandam Euae, ah Euae istius infelcis, uidere mihi videor. Plura Huetius (r), Rupertus (s), et Celeberrimus Koecherus (t), aliique attulerunt. Tantum igitur abest, ut in omni earum rerum, quae ultima memoria acciderunt, ignoratione nescatos esse Graecos Romanosque existimem, ut potius, permulta a Phoenicibus, hosque a prioribus huius uniuersi post inundationem terribilem incolis, Phoenicum qui sedes habitarunt, accepisse statuam. Numos autem hos nostros quin ad casum illum tristissimum credam respicere, duo me impediunt, partim similitudo exigua et exilis, partim discrimen insigne, quod inter hanc fabulam, ueramque illam historiam, intercedit. Nimirum, quoties hoc aet inuestigium antiquum, duo tantum uideo, quae ad casum illum fatalem accommodari possint, serpentem, et personas uirilis feminineque sexus, arbori cuidam propinquas, redeoque in memoriam anguis illius, quo utebatur uelut instrumento spiritus pestilentissimus, cunctorum scelerum machinator, ad nominem in extremum coniiciendum discrimen. pristinaque sua dignitate spoliandum. Quanquam enim haud ignoro, esse complures, qui, nullas egiſſe partes in hoc maleficio serpentem naturalem, sed draconi antiquo, Satanae, tribuenda esse omnia, arbitrentur, tamen et descriptio Mosis, et communatio diuina, longius eosdem a uero abesse, satis docent. Quid enim? Num perduellis iste dei hominumque aduersarius, fraudulentior omnibus bestiis agri fuisse, dicatur? Num dubitauerit quisquam, rationis haud expers, spiritum uel prudentia uel dolo animalibus praestare? Sed calliditas serpentis sanctioribus oraculis saepius vindicatur (u), ob eamque rem et auctor criminum eius utebatur subsidio, et ipse saepius.

(r) *Huetius Dem. Euang.* p. 255

(t) *S. V. Koecherus ad Grot. de V. R. C.*

(s) *Rupertus ad Besold. Synops.*

p. 123 seq.

minor. p. 10. seq.

(u) *Genef. XLIX. 17. Matth. X. 16*

saepius hoc nomine librī diuinioribus insignitur. Poenas autem, quibz damna-
tus, omnium terrestrium bestiarum, tum cicurum, tum ferarum, maxime dete-
stabilis, draco in uentre ambulare, puluere inque comedere, debeat, quis non ad
anguem potius, quam spiritum, dixerit pertinere? Perstamus igitur in bona illa
inueterataque opinione eruditissimorum hominum, verum quidem serpente in
extitisse, sed ab hoste nefando et coiuinci obfessum, cui ille, ad persequendum
eius propositum sceleratissimum, inferuiri. Quis autem statim de lapsu primo-
rum parentum cogitat, si serpentem, et uicinos ei, marem feiminamque, ui-
derit, nisi alia accedant clariora potissimum et certiora documenta

Sed hic incerta praeterea sunt multa, spissisque tenebris inuoluta, quae
consideremus breuiter, quo facilius deinde ad contraria transeamus. Spectatur
in numis coluber, nodis suis ambiens arboreum, obseptumque tenens. Ego uero,
Mosen legens, ac semel iterumque ponderans, serpentem quidem video, ser-
pentem audio, sed ipsum infedisse arbori, aut truncum eius complexum spiris
suis ac ligamentis fuisse, nusquam inuenio, licet conjectura quadam augurer,
cum Euia differentem secum draconem auscultaret, cui omne in loquendi co-
piam deesse non ignorabat, in arbore forsitan commorantem conspexisse, ex
eiisque collegili sermonibus. ipsam hanc bestiam de illis percepisse fructibus,
propterea quod uerba facere secundum posuit. At, si uerum rater uenimus, dubia
sunt haec, nulloque firmo fundamento constituta. Ecquos autem haec arbor
fert fructus? Mala nimurum, si nostra consulas numismata, id quod et aspectus
docet, et scriptores, cum antiquiores, tum recentiores, historiae huius, numorum
que talium, mentionem facientes, confidentur. Optarem aequi facile et certo,
ac prisca uetus statu monimenta de Hercule exponunt, iudicium de arbore, ad
dignoscendum bonum malumque in Paradiso posita, ferri posse, quippe tot tam-
que uariis doctissimorum hominum sententiis controuersa, ut alii sicum, alii ui-
tem, alii malum, statuerint, recteque Buddeus affimarit (x), oleum et operam
perdere, qui, quae magister optimus celare noluerit, summo labore studeant

indagare.

(x) Buddeus H. E. T. I. p. 79

indagare. Neque tamen soli patres Christiani, Theodoreus, Isidorus, alii, sed etiam Angli, historiae universae conditores (y), aliqui permulti pro fieri quam maxime propugnarunt, et si nonnulli pomum Adami sic dicta defenderunt (z). Quodsi quis **תְּנִינִים** sicut, Indice Tertii (a), et **הַנִּינִּים** serpentes, inter se compararit, ac colubros eiusmodi fructibus uesti comprobarit, hanc forte obscura ratio reddi poterit, cur anguis in eam se contulerit arborem, nec mirandum ualde foret, Euam tanto faciliter in fraude inductam fuisse, quanto certius norat, serpentem, talibus se oblectantem fructibus, iam loquendi secum accepisse facultatem. Interim scire peruelim, unde tandem originem ducat pernigata illa opinio, malum fuisse hanc arborem infelicem. Evidem existimo, Graecos quosdain, ipsos fortasse patres, μῆλα dixisse hos fructus, communis nempe illo nomine, ut Hesychius testatur. **Μῆλα, παιτὸς δένδρου καρπός, ἐξαιρέτες δὲ τῆς μηλέας.** Propter ignoros Graecae linguae conuerterimus haec uerba: **Μῆλα omnis arboreis noiant fructus, praeceipue uero mali.** Satis est, tacere oracula sanctiora, quae lignum solum, seu arborem, appellant, nūmos autem mala eiusmodi tam clare ostentare, ut nihil supra. Sed neque hoc ipsum aes antiquum, si numerum frumentum species, sibi respondet, adeo sunt omnia incerta. Numus, a Spanheimio observationibus in Callimachum insertus, quinque, ab eodem in opere magno et Zoroa productus, quatuor, a Montefalcone duo, ab Augustino sex mala ostendit. Denique proximus stat arbori Hercules, quem nimur Adamum representare sibi persuadent. Quam lubrica rursus haec opinio. Sola cum serpente isto mulier colloquium facit, sola intuetur arborem iuctitudinissimam aspectu, non Adamus, serpens Euam, non Adamum, nullius interuenit sedducit (b), quam tanto faciliter ad suam perducere uolantatem posse credebar, cum haec mandata Dei, de uicta arbore, ante originem suam data, non ex ore Dei, sed mariti, accepisset (c). Nondum igitur ad liquidum perductum est, interfuisse

(y) Histor. Vnites, ab Angl. elabor. (a) Shaw's Reisen in die Leuante p. 130

T. I. p. 133. ed. German.

(b) 2 Cor. XI. 3. 1 Tim. II. 14

(z) Fabricius Cod. Pseudep. V. T.

(c) Genes. II. 17. 18. III. 3
p. 82. 83

interfuisse Adamum huic sermoni, et ad arborem stetisse, imo potius ii nobis certe proprius ad uerum accedere uidentur, qui a stipite isto maritum matris communis remouent quam longissime

Iam, his incertis explicatis, ueniamus ad ea, quae, repugnare complura in numis eiusmodi historiae Mosaicae, confirmant, maximumq[ue] dissimilitudinem et discrepantiam demonstrant. Tres feminae in numismatis apparent, una tantum a Moze memoratur, in arbore illa oculos desigens. Accedit, teste scriptore sacro, Euia ad fructus, quorum aspectu recreatur, sed una ex tribus ipsis refert pedem, et metu quasi perterrita refugit, omnes autem, uestitae praeterea, singularis tristitia significationem edunt. Adebat Hercules, qui uulgo creditur primi parentis personam sustinere, sed tam est ab eo, quam qui maxime, diuersus. Decerpit poma, nec ab ulla feminarum accipit, nihiloque tamen secus erit Adamus, cui uxor suppeditabat hanc escam mortiferam atque fatalem? Imo uero non decerpit solum, sed etiam, ut aliis cernitur in nupnis (*d*), adoritur serpentinem, claua sua percudit, eademque trucidat. Num haec quoque conuenient in hominum seminatorem? Victus ille et prostratus hoc peccato, num serpenti restitit, num uictoram reportavit? Neque tamen crediderim, fore nonnullos in ea sententia, ut Filium Dei hoc aere prisca adumbrari arbitrentur, quippe qui, et si caput draconis antiqui gloriose erint, nunquam tamen de arbore prohibita comedit, quod profecto cogitare nefas esset atque horrendum. Denique serpens ille, in pecunia veteri obuius, non inuitat Herculem ad fructum capiendum, sed in numismatis, paulo ante ex Spanhemio et Gronouio citatis, taucibus apertis terribilem in modum, a proposito suo heroa dimouere studet, quod longe aliter in paradiſo euenerit, alliciente isto angue Euam, et ad scelus grauissimum obeundum uerbis blandis, fortasse etiam pulchritudine sua, ut quidam existinant, incitante. His ego permotus, aequo minus parentes generis humani, eorumque facinus primum, his numis deprehendi puto, atque Euam in sacris Bacchi, quibus cum, Euoe, clamarent, ac serpentem ostenderent,

matrem

(*d*) *Gronou, ad Melam III. 10. p. 316. Spanhem. de V. et P. N. T. I. p. 331.*

B

matrem illam designari Clemens Alexandrinus (*e*), Eusebius (*f*), Vossius (*g*), et alii, recte negante Trillero (*h*), crediderunt, cum Bacchum constet Enium appellari, uelut prae temulentia peruerse agentem, ab Hebr. נָיוּ. Queimadmodum igitur complures antiquitates frustra, in sacro codice, quaeſiuunt (*i*), ſic multi ſacrum codicem, ut ita dicam, quaerunt in antiquitatibus, et omnia, quae uel minimam ueri ſpeciem prae ſe ferant, ad historias ſlatim referunt, literis diuinioribus conſignatas, quaſi non inter gentes profanas ipſas contigilſent multa, cum Hebraeorum iſtitutis factisque communia, quod uel unus corroboret numus Apamensis, non profecto Noachicam, ſed Dencaleoniam, inundationem firſtens (*k*)

Quodſi iam a nobis requiras, quae tandem noſtra ſit hiſ de numiſ opinio, eos ad peruulgatam illam, totque ſcriptorum teſtimoniū comprobata, fabula in de malis, quae ex hortis Hesperidum, interfecto corum custode, ſerpente, Hercules feliciter reportauit, ſpectare arbitramur. Quae ſiue fit ficta narratio, ſiue re uere peracta, illud tenendum eſt, absurdā multa, obſcura certe, numiſ ſuis gentes prodiſſe. Ecquis enim ſibi perſuadeat, infantem iam Herculem, et in cunis adhuc uagientem, duo compreſiſſe angues, ut auillam efflarent, Cerberum ex inferis eduxiſſe, hydram inimicis capitibus praedam, necaſle, atque alia, perquam mirabilia, perfeciſſe, quorum tamen in aere ueteri relictā ſunt nobis monumenta, propter ea quod olim ea fama, inter populos longe lateque diuina dispersa, uagabatur. Sed iure incurreremus in reprehensiones doctořum grauiſſimas, ſi, ut Huetius in diis Moſen, et Dickinson Iosuam, ſic nos in Hercules uel Adamum, uel Simiſonem, uel iſipsum forte Christum, inuenire nobis uideremur. Nihilo tamen ſecius, cum Hercules in orbe quondam extiterit,

heros,

(*e*) Clem. Alex. Protrept. p. 7

nae fideique Theologi, Comment.

(*f*) Eusebius P. E. II. 5

de Antiquitatibus in ſacro codice

(*g*) Vossius Theol. Gentil. IX. 26

fruſtra quaeſitiſ

(*h*) Triller ad Grot. Ief. Pat. p. 541

(*k*) Falconerius de Nomo Apamensi

(*i*) u. S. V. Hofmanni, priſcae doctri-

p. 168

heros, incredibili uirtute eluescens, qui fortitudine sua corporis animique bestias immanes domuerit, alter quasi Nimrodus, quod Arrianus, Diodorus Siculus, Cicero etiam, confirmant, quid tandem dubitemus, hos nummos ad illustrandam illam historiam conferre, eorumque ope prisca eius facta in meliori lumine collocare. Narrant autem veteres, Eurystheum, inter negotia multo grauissima, Herculi in mandatis dedisse, ut mala aurea, Hesperidum in hortis asseruata, ad se perferret. suscepisse hoc heroa, et, imperfecto angue, cui nomen fuerit Ladoni, moerentibus ualde Hesperidibus, poma illa ad Eurystheum asportasse. Haec Apollonius Rhodius (*l*), Athenaeus (*m*), Diodorus maxime Siculus (*n*), ut alios omittam innumerabiles, recensent. Inueniuntur uero huius rei uestigia non in numis modo, sed etiam in statuis apud Caylum (*o*), Boissardum (*p*), et in insignioribus statuarum Romae iconibus, a Ioanne Dominico de Rubeis publicatis. Iam, si conferas narrationem illam cum numis in antiquis, nihil, quod desideres amplius, habebis. Cernis serpenteum, truncum arboris spiris suis cingentem, qualem Pausanias describit (*q*), et palatium Albani Romae seruat, uirginali tamen facie, quod mireris, excellentem (*r*), cernis Herculeum, clava instructum, ut occidat custodem hunc terribilem, cernis ipsum poma decerpentes, cernis feminas tres, Hesperidas nimirum, summa aegritudine animi oppressas, iam in terrore fugientes. Sic omnia elegantissime inter se conspirant, neque opus est, ut contortulis illis explicatiunculis, quibus prosector religione Christianae ueritas non eget, certiori innixa fundamento, ad stabiendi diuiniorum literarum auctoritatem utamur. Quia autem ratione fabula illa omnis explicari possit commodissime, alio tempore, si res et locus ferat, fortasse exponemus, satis in praesentia habentes, uestigia primorum parentum lapsus ex his numis delesse.

Nos

(*l*) *Apollon. Rhod.* IV. 1396(*p*) *Boissardus Topogr. Rom.* Tab. 9.(*m*) *Athenaeus* III. p. 62

71. et 146

(*n*) *Diodor. Sicul.* IV. 26. 27(*q*) *Pausan. VI.* 19(*o*) *Caylus Alterthümer* Tab. LX.(*r*) *Winckelmann Versuch einer Allegorie* p. 46

II. 2

QK Tm 879

XII

Nos quidem ad Iustini M. (s) haud accedimus sententiam, gentes profanae de Christo gigante, viam suam decurrente, nonnulla accepisse, idque Herculi suo fortissimo, qui totum peragrauerit orbem, vindicasse. Veneramur potius gratiam immortalis Numinis, quod ex hac superstitionis caligine nos eripuit, atque in clarissima ueritatis luce constituit, ut peccati, mortis, inferorumque uictorem glorioissimum cognoscamus. Contrauit hic serpenti antiquo caput, eius insidiis violentiacque se obiciens, istumque hostem, omnibus uiribus spoliatum, uirtute admirabili prostrauit. Alter hic Adamus non expiauit modo scelus, a priori commissum, sed etiam arborem uitiae se praebuit, ex qua fructus dulcissimos saluberrimosque capere possimus (t), conditus humo, ut mortuus, ac rursum se emergens, amplissimam nobis pareret ubertatem (u). Quidni uero eius uictoria triumphemus? Quidni cicatrices uulnerum, insignia huius uictoriae ac certissima documenta, laeto alacrique animo contemplemur? Edisseret hoc uberior, et uestigia uulnerum Seruatoris, huic ipsi gloria, oratione solemni proponet, iuuenis non indiligen

CHRISTIANVS HENRICVS SCHREYER,
Saalburgensis,

cui si gratiam suam benevolentiamque in audiendo praestabunt CVRATO-
RES SVMME VENERABILES, ac FAVTORES, quod ob sancti-
tatem praesentis temporis speramus, maximum oratori huic aliisque diligen-
tiae incitamentum praebent. P. P. Gerae Pr. Non. April. A. R. S.
M DCC LXVIII

(s) Iustin. M. c. Tryph. p. 295 (u) Ioh. XII. 24
(t) Apocalypf. II. 7

G E R A E

LITERIS IO. HENRICI ROTHII

X 3362633





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

PENTIS
DATORIS
STIGIA
IN
TIBVS PROFANIS
EPERIRI NEGAT

ET
ATIONEM
IMPHATORI
NIS ANTIQVI
ACRAM
ANTISSIME INDICIT
AVGVSTVS ZEIBICH
HEN. PROFESS. PVBL



XXIV. S.

